

§.97. Dürre-Brieffe/ explicatas sistet §. 213.

§.98.

EDICTALES Litteræ.

num creditores per EDICTALES litteras (Publicum proclama, vulgò Cridæ dictæ. α. durch offenen Anschlags-Brieff/ Patent β. vel per campanam, tubam & vexilli erectionem γ) ad debitorum suorum liquidationem citati, si emanent, debito suo cadunt?

Affirmatur. δ.

Ratio, 1. quia Damnum hoc suâ Culpâ sentiunt, ideoque sentire non videntur. ε. 2. quia ita emanendo juri suo, quod omninò possunt ζ. tacitè Renunciassè præsumuntur. 3. quia Mora cuique sua nocere debet. η.

α. And. Gail. r. obs. 57 n. 7. β. J. Jac. Speidel. in Notat. voc. Anschlags-Brieff. γ. Sebast. Almeri manuale juris. p. 62. δ. à Joach. Mynsing. 2. obs. 47. modò citatio Edictalis sub pœnâ præclusi facta fuerit; nam aliàs clauso termino audiendos adhuc esse æquitas jubet. ε. L. 203. ff. de R. J. L. 15. ff. si quis omissâ caus. test. ζ. L. 51. C. de Episcop. & Cleric. L. 29. C. de Pact. Nov. 136. c. 1. η. L. 173. §. 2. ff. de R. J. c. mora 25. de R. J. in 6.

§.99. Ehe-Stiftung/ respicit ad §.96.

§.100. Eigen Brieff/ vide G. Ph. Harsdörffer Secretar. part. 3. Procem. p. 73.

§. 101. Eingeschobene Brieffe/ quæ Principibus subscribendas offeruntur, teste Mart. Zeilero im Hand-Buche/ Part. 2. p. 41.

§. 102. Einladungs-Schreiben/ offert der Spathe/ in der Secretariat-Kunst Part. 3. p. 354. ibique formulam.

§. 103. Eiserne Brieffe/ pertractantur in §. 212.

§.104. Electionis litteræ, quid sint docet Petr. Gregorius in Syntag. jur. Univers. lib. 17. c. 15. n. 9. ubi allegat. cap. 42. de Electione.

§. 105. Empfehlungs-Schreiben/ reperitur apud G. Ph. Harsdörffern/ in Secret. part. 3. p. 153.

§. 106. Encyclicæ litteræ, exhibebit supra §. 65.

§. 107. Entschuldigungs-Schreiben/ videbis sub §. 117.

§. 108.

EPHESIÆ Litteræ.

num in bello Justo litteris Ephesis α se contra hostem præmunire licet? Affirmaverim.

Ratio 1. quia Strategematibus in bello uti & Divina β. & Humana jura γ. permittunt. 2. quia hostem Quovq̄o modo fallere & supplantare licitum est. δ. 3. quia ad Justitiam, nihil interest Dolo an virtute quis vincat. ε.

α. Has Carmina quædam obscura & à Cræso in rogo recitata fuisse, Suidas refert.

Sic